



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.**

**Leroy, François**

**Pragae, 1666**

§.4. Commentationis jam propositæ fructus nonnulli colliguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

582      *Pars IV. Exercitationes ad patientiam*  
multis inquam temptationibus, vexationibus, angustijs  
mendos & conculcandos, continuè meminerimus: utim  
dò magis explicabitur.

§. 40

*Commentationis jam propositæ fructus nonnulli  
colliguntur.*

**N**unc verò, mi Lector, ne ab hac quasi vindemia, nullo  
gustato aut percepto fructu discedas; paucula hec hil-  
ris patientiæ præcepta, ex haec tenus dictis pro more nostro  
decerpta, in usus tuos familiares aecipe.

*Primum:* Ubi istam persuasionem imbibitis animo,  
nihil causa jam fore, quod percellaris aut comis olearis al-  
modum, si forte te vexent, affligant ac conculecent homines  
aut si varijs casib[us] temptationibusve pressuris: quasi noris  
liquid (ut in re simili loquitur Apostolus Petrus) sive pa-  
grinum aut insolens quiddam tibi contingat. Hoc enim  
jam, si non expetere, at saltem expectare debueras. Quippe  
qui ad hoc Christianus factus sis, & ad hoc præfertim divino  
dedicatus obsequio, ut ipsius Christi primi ac magni boni  
exemplo, instar dulcis uvae, varijs pressuris vixeris, atque  
in liquorem Domino suavem vertaris.

Qua de re audi egregiè philosphantem S. Augustinum,  
dum scilicet in psalmum 55. scribens, & in primis illius ver-  
bis: *Miserere mei DEUS, quoniam conculeavit me homo; ro-*  
*cem hominis Christiani in torculari positi, & in ipsa prella-*  
*ra aut calcatura ingemiscens agnoscens: Noli timere (in-*  
*quit) quia conculeavit te homo. Vinum habeo: uas actuum;*  
*ut calceris.* Et post pauca: *si putas te non habere tribulati-*  
*nem, nondum capisti esse Christianus. Ingressus es torculari;*  
*prapare ad pressuram, &c.* Atque mox eundem animo  
orem factum conspicens, atque audiens jam cantantem:  
*Non timebo quid faciat mihi homo: Tu paulò ante dixisti (in-*  
*fit)*

fit) conculcavit me, tribulavit me. Nibil faciet, cum ista faciat? Verum causam hujus commutationis statim profere: Respxit (inquit) ad vinum, quod manat de calcaturis. Et respondit: planè conculcavit, planè tribulavit. Sed quid mibi facier! Uva eram, vinum ero. Haec scitè S. Augustinus.

*Alterum:* Quin potius ex hoc ipso debes magnam solatij causam & argumentum capere; quod hac ratione dignus habearis, qui pars sis cœlestis vindemiarum, & sive in cælactorium, sive in torcularum premendus inferaris. Sicut enim (quod jam ex S. Cypriano vidimus) non uva acerba & immaturæ, sed pinguis racemi & maturis fructibus botri, pressuræ & vino conficiendo destinantur: ita si quis calcetur atque prematur in prælo crucis & torculari tribulationum, atque in his constans animosusq; perseveret; hinc merito argumentum sumas virtutis maturæ, & calore divino charitatis, ad quandam cœlestis saporis suavitatem, excoctæ. Hinc enim illud est Raphaëlis Angeli ad S. Tobiam: *Quia acceptus ems D<sup>O</sup>E<sup>O</sup>, necesse fuit, ut tentatio probaret se.* quasi diceret in rem præsentem: *Quia jam maturus & D<sup>O</sup>E<sup>O</sup>duleis botrus eras, oportuit te premi in temptationum torculari.*

Tob. 12.

*Tertium:* Hinc autem magna tibi existet, non solatij modò, verum etiam sanctæ hilaritatis atque exultationis in quibusvis adversis occasio; id scilicet tecum reputanti: incommoda omnia, adversa, acerba hujus sæculi, aliud non esse, nisi uva Deo dignæ pressuram: quæ ex pressura liquor defluat ori divino gratissimus, & (Scriptura phras) lætificans Deum & homines. Etenim quod mellifluus dixit Bernardus: lacrymas poenitentium vinum esse & delicias Angelorum; id nos eousq; possimus extendere: ut sive Martyrum sanguinem, sive Confessorum sanctos sudores ac passiones, vinum esse dicamus ipsi divinitati jucundissimum. Ad quod proinde degustandum dilectum suum blandè invitat S. Ecclesia: *Dabo tibi (inquiens) poculum ex vino condito, & mustum*

Judic. 9.

Serm. 68. in

Cant.

Cant. 8.

Eee

stum

*flum malorum granatorum meorum.* Nimisrum de tormentis  
*Greg. ibid.* Martyrum, (qui, teste Magno Gregorio, per malam punicam  
 signantur) aliorumque; Sanctorum tribulationibus & passio-  
 nibus, expressum. *Omnis enim patientia dulcis est DEO;* uero  
 postea rursum cum Augustino dicemus.

Quemadmodum igitur generosus Martyr S. Ignatius,  
 eod se solabatur in tormentis, quod se Christi frumentum  
 reputaret, bestiarum dentibus utique commolendum, ut pa-  
 nis delicatus & DEI mensa dignus evaderet: ita ad malorum  
 tuorum sensum deliniendum juvabit, te ipsum ut Christi  
 botrum aspicere, quem eod calcari atque comprimi ope-  
 teat, ut potus de te exprimatur divino palato acceptus. Et  
 enim hoc denique transferam, quod in non dissimili argu-  
*Serm: 18. in mento S. Ambrosius: Quanta Domini gratia (inquit) u-  
 p. 118. nos in suo ore constitutas, & quasdam meritorum nostrorum  
 epuletur dapes, ac, si mereamur, devoret, si nostri cuius statibus delectetur! Beatus, quem Sapientia devoraverit, &  
 que sequuntur.*

Ad extremum libet hoc loco in memoriam revocare  
*Ep. de med. nostrae Societatis hominibus, paternum illud B. P. Franci-  
 sci Borgiae monitum in sua quadam epistola: ubi similem  
 figuram usurpans, cum Societatem nostram vinea compa-  
 rasset, extendenti (ut in psalmo dicitur) palmices suos uolutus  
 ad mare; illudque dixisset, ut vinum ex ea copiosum effluit  
 oportere uvas (quae nos sumus) in torculari in iungi atque cal-  
 cari; haec deinde subiicit: Hoc forsitan nobis, fratres char-  
 mi, deest, quod non gustemus, neque cum voluptate sensu opte-  
 mus, calcari, premi, contemni, ut optate consolationis & c-  
 xultationis vinum proferamus. Tum ad Christi exemplum  
 provocans: Meminerimus (subiicit) Christum dixisse: Tu-  
 cular calcavi solus. Quis jam calcari recusabit, cum videat  
 torculari Christum premi? Haec & plura ibidem.*

CAPIT